

28.

DISSERTATIO CHEMICA
DE
ALUMINE.

QUAM

CONS. AMPL. FAC. PHIL. REG. AC. AB.

PRÆSIDE

Mag. JOHANNE GADOLIN,

Chem. Prof. Reg. & Ord. Regg. Acadd. & Societt. Scient. Holmenensis, Dublinensis, Upsaliensis & Gottingensis, nec non Societ. antehac Med. Chir. & Pharmac. Bruxellensis, Acad. Imper. Nat. Curios. & Reg. Societ. Oecon. Fenn. Sodali.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

Publicæ Censuræ modeſte ſubjicit

GUSTAVUS TÖRNQUIST,

Stip. Bilmark. Aboënsis.

In Auditorio Majori die ~~X~~ ~~X~~ Jun. MDCCCV.
Horis ~~10~~ m. confuetis.

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.

18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

DISSERTATIO CHEMICA

DE

ALUMINE.

§. I.

Nomine *Aluminis* antiqui intellexisse videntur varia corpora, salina, terrea vel lapidosa, quæ sapore austero & adstringente distinguebantur, & sulphates plerumque ferri ac argillæ, interdum etiam zinci & cupri fovebant *a*). Neque constat eos ullam adhibuisse curam separationis salis puri ab immixtis partibus insolubilibus, aut scivisse metallicos fædes discernere ab illo quem recentiores alumén vocaverunt; quarum rerum accuratior notitia, judice BECKMANN, nonnisi post seculum XII:rum acquirebatur *b*). Tum vero magis magisque innotuit variis in artibus præstantia aluminis purioris, a metallicis partibus immunis, cui propterea soli, successa temporis, aluminis nomen sicut assignatum.

A

Eg

a) Saltem non aliam notionem ex descriptione στυπτηγιασ a DiSCORIDE in Mat. Med. L. V. Cap. 123 data, aut PLINII verbis in Hist. Nat. Lib. XXXV. Cap. XV. exhibitis eruere licet. Cfr. BERGMAN Opusc. Vol. I. p. 281.

b) Geschichte der Erfindungen, II. Band p. 100.

Ex opificiis Orientalibus primum in Europam advehebatur alumen, & præcipue quidem ex oppido Syriæ, vel potius Mesopotamiæ, Rocha s. Roha, deinde Edeffa appellato. Indeque usu venit purissimum nomine *Aluminis Rocca* notare. Saltem hæc explicatio vociis LEIBNITIO aliisque post illum *c)* probabilius visa est, quam illorum, qui ex Italico verbo *Rocca* (rupe) eandem fuisse mutuatañ putaverunt, quod ex minera lapidea extraheretur alumen, *rupeum* quoque haud paucis appellatum *d)*. Seculo XV:to in viciniis Constantinopolis & Smirniæ plures ejus officinæ fuerunt stabilitæ. Inde ars ad Tolsam per JOHANNEM DI CASTRO, vel ad insulam Ifchiam per BARTHOLOMÆUM PERDICEM primo fuit translata; inde ad Volterrā in territorio Pisenfi, aliasque Italiae regiones migravit. Ex Italia deinde ad Hispaniam & Germaniam, indeque ad Angliam, Sveciam ceterasque Europæ partes træducebatur *e)*.

§. III.

Nonnumquam nativum comparet alumen ex Iapidibus illuminiferis excretum, & in tenues fibras juxta se invicem positas & fascibus capillorum sericeorum similes formatum *f)*; quod

c) Protaga p. 47. Hanc explicationem adoptaverunt BERGMAN & BECKMANN l. l. c. c.

d) Veteriores hujus sententiae fautores recenset BECKMANN l. c. p. 111, 112. Valuit vero eadem adhuc medio seculi præterlapsi. Cfr. JUNCKERI Conspect. Chem. T. II. p. 270. NEUMANNI Præl. Chem. p. 1367.

e) BECKMANN l. c.

f) TOURNEFORT Voyages de Levante, T. I. p. 63. FERBER Briefe

quod nomine *aluminis plumbi* cognitum tanta interdum cepia habet sulphatē ferri immixtū, ut colore flavicante conspi ciatur. Sed eodem nomine subinde quoque venerunt sulphas ferri e pyrite efflorescens *g)*, quin etiam amianthus lapis *h)*. Solutum in nonnullis thermis *i)* aliisque fontibus *k)* inventum est. Natura quoque formatum latet in terris ad Tolsam & Sulfataoram sitis, e quibus simplici elixatione per aquam extra hi, indeque in crystallos redigi potest *l)*. Plerumque vero arte parari solet ex schisto argillaceo, petroleo imbuto, & cum pyrite mixto, aut ex pyrite argillam in sinu fovente. In acidum converbitur horum sulphur combustionē, aut ignis ope perfecta, aut per conjunctas vires aëris humorisque, ju vante vicisitudine caloris, successu temporis præstata. Quo facto, per aquam obtinere licet solutionem, quæ non ambi gue alumen sapit, ex qua tamen, testante antiqua experien tia, raro *m)* acquiritur alumen solidum, nisi ipsi addita fuerit

A 2

po-

aus Wälschland, XI, Brief. BERGMAN Opusc. Vol. I. p. 279.

Kgl. Sv. Vet. Acad. Handl. 1775, p. 338 sqq.

g) Lettres de Dr. DEMESTE T. I. p. 219. T. II. p. 187, 296.

h) JUNCKER Conspl. Chem. T. II. p. 270.

i) CARTHEUSER Hydrologie, p. 86. FERBER Briefe aus Wälschland, XI, Br.

k) MARGGRAF Chym. Schriften, II. Th. p. 191.

l) BERGMAN Opusc. Vol. I. p. 292. Vol. III. p. 198, 269. BAU mé Erl. Exp. Ch. Vol. III. p. 483. sqq. FERBER Br. a Wälschl. XV, Br.

m) Ad Tolsam sine addito alcali obtinetur alumen, quia in ipsa mi nera latet potassa. In lixivio aluminis ad Flone Galliæ, sine al-

potassa, vel urina, vel alia substantia ammoniacam continens ^{n).}

§. III.

Sic variis locis confectionum & in diversis officiis diu usitatum fuit alumen, antequam ejus natura cognosceretur. Cum primum vero intelligerent Chemici, salem hunc ex acido atque terra compositum esse, indubium quoque, & genesin ejus, & proprietates considerantibus fuit, quod partem ipsius efficeret acidum sulphuricum s. vitriolicum, tempore BECCHERI & STAHLII saepius titulo *acidi universalis* notatum. Ignota
ve-

cali præparati, sulphatē potassæ solutum invenit CHRISTIANUS, Annal. de Chim. T. XXIX. p. 247 sqq.

ⁿ⁾ Acta Erud. Lips. 1721. HENCKEL exstigmavit & acidum & terram aluminis in minera cruda non inveniri, sed per vires aëris & caloris generari. Pyritologie p. 674, sqq. & p. 759. FR. HOFFMANN quoque attulit exemplum minera aluminis, cuius acervi solis æstu sponte accendi & flammarum eructare solent, adeo ut pereat alumen, nisi omni cura extingvatur ignis. Animadvertisit vero, lapidem, qui mox nihil aluminis præbet, aëri expositum hoc sale imprægnari, atque per aëris vim novam porrigitur aluminis copiam, eam hoc sale semel iterumque per eliquationem fuerit orbatus, adeo ut per tres annos eadem adhiberi possit minera. Addit cineres clavellatos vel urinam putrefactam adjici, quia aliter non possit in solidam formam alumen redigere: atque sic explicari posse, quare ex alumine cum sale tartari mixto, spiritum urinosum obtinet D. LUDOVICI Obs. Ph. Ch. Sel. I. l. III. Obs. VIII. p. 273 sqq. BERGMAN & BAUMÉ l. l. c. c. accuratius descripsérunt methodos alumen præparandi.

vero adhuc mansit altera pars, quæ a plurimis calcareæ vel cretaceæ indolis esse putabatur *o*). STAHLIUS experimentum adduxit, quo ex acido sulphurico cretæ adfuso alumæ artificiale obtineret *p*). Sed observavit etiam alumæ generari ex vase argillaceo per vapores acidi sulphurici corroso *q*). GEFFROY non modo ex variis argillis, aliisque terris mineralibus, sed ex ossibus quoque & cornibus animalium ustis, atque ex cineribus vegetabilium, per acidum sulphuricum extraxit alumæ, indeque conclusit, veram hujus basin esse terram corporum organicorum *r*). Ex argilla vulgari & acido sulphurico POTT quoque vidit alumæ produci, judicavit tamen terram aluminis variis proprietatibus ab argilla differre, &, quamvis frequentissime in argillis naturalibus lateat, alibi quoque inveniri posse, ubi nihil argillacei adsit. Maxime quidem probabile duxit, eam cum terra magnesiae nigrae (oxido manganesei) quam proxime congruere *s*). Metallicam esse naturam terræ aluminis jam Anno 1660 suspicatus est LE FEVRE, qui eam cum oxido plumbi convenire censuit *t*). ETTMÜLLER Anno 1684 argillam ferrugineam esse aluminis basin existimavit *u*). Et adhuc Anno 1760 metallicam indo-

lem

o) BECCHERI Phys. subterr. L. I. Sect. IV. Cap. VIII. STAHL Fund. Ch. Dogm. & Exp. P. I & II.

p) Fund. Ch. P. II. 2. p. 51.

q) JUNCKER Conspl. Ch. II. B. p. 273.

r) Mem. de l'Acad. d. Sc. de Paris 1724, 1727, 1744.

s) Lithogeognosie p. 31. Fortges. Lithog. p. 74. sqq.

t) Traité de la Chimie. Cfr. MACQUER Wörterb. v. LEONHARDT I. B. p. 162.

u) Chemia rationalis L. I. Cap. II.

Item eidem attribuit BARON *x*). Immo Anno 1772 idem perhibuit SCOPOLI, qui basin aluminis in hydrargyrum transmutatum fuisse testatus est *y*). Et his quidem Anno 1783 subfragatus est ROMÉ DE L'ISLE *z*). Valuit tamen dudum apud plurimos Chemicorum opinio, quod naturam habeat terræ absorbentis, participis proprietatum & calcis & argillæ, quod propterea *calcario-lutosa* appellanda sit *a*). Neque pauci eandem per aëris vim nasci existimaverunt *b*). Aliis potius per temperationem terrarum mineralium illam oriri visum est, ejusque præsentiam in lapidibus indicari per facultatem expellendi acidum e nitratibus *c*).

Observaverat vero jam HELLOT argillam cum acido sulphurico tractatam tenacitatem suam & plasticam indolem perdere; indeque conclusit, terram argillæ propriam per acidum extrahi. Invenit quoque liquorem, post hanc solutionem peractam, saporem aluminis satis distinctum contraxisse: attamen cum ipso non succederet crystallos aluminis ex illo segregare, incertus adhuc hæsit de vera aluminis natura; atque credit ad formationem ejus præterea necessarium esse additamentum corporis sibi nondum noti *d*). Post illum evi-

den-

a) Mem. de l'Ac. de Paris 1760.

y) Principia Mineralogiae, §. 101.

z) Crystallographie T. I. p. 312.

a) JUNCKER Conspl. Ch. T. II. p. 272.

b) NEUMANN præl. Chem. p. 1370, 1542. (Cfr. FR. HOFFMANN & HENCKEL I. I. c. c.)

c) Lettres de Dr. DEMESTE T. I. p. 218.

d) Mem. de l'Acad. de Paris 1739.

denter ostendit MACQUER terram aluminis a purissima terra argillacea non esse alienam *e*). His quoque consensit BAUMÉ, quamvis erroneous experimentis ad singularem opinionem de mutua terrarum conversione seductus judicaret terram aluminis a vitrescibili, s. silicea oriundam esse *f*). MARGGRAF tandem luculenter demonstravit, in omni argilla reperiit terram aluminis cum terra silicea mixtam, atque ex illa argillacei generis characteres venire. Confirmavit observationem HELLOTI, quod ex terrae hujus solutione in acido sulphurico non facile eliciantur solidæ aluminis crystalli, sed addit hanc secretionem quodammodo succedere, si exhibita fuerit terra in vehementiore igne calcinata, & fatetur tum demum perfectas pulcherrimasque obtineri crystallos aluminis, cum admisceatur solutioni potassa, qua aut destruatur nociva argillæ pinguedo, aut tollatur acidum superfluum, quod itidem crystallisationi officiat *g*).

Sic in interpretando usu alcalium sub præparatione aluminis additorum, MARGGRAF ab anterioribus Chemicis parum discessit. Opinatus enim erat STAHLIUS, quod per urinam separarentur partes grossiores terreæ, quæ impeditent quomodo formari possint crystalli aluminis *h*). Idem de alcalibus

ad-

e) Ibid. 1762.

f) Frl. Exp. Ch. Vol. I. p. 456, 477, 508, 519. Cfr. SCHEELE in Kgl. Sv. V. Ac. Handl. 1776.

g) Mem. de l'Acad. de Berlin 1754, 1759. Chym. Schriften I. Th. p. 189—233.

h) Fund. Ch. Dogm. & Exp. P. I. p. 56.

additis judicaverunt FR. HOFFMANN *i*), NEUMANN *k*), aliique. Confirmari quoque recentius videbatur hæc sententia ex experimento, quo veras aluminis crystallos, sine ullo addimento alcalino se obtinuisse perhibuit BAUMÉ, qui non dubitavit assieverare, quod & figura & magnitudo crystallorum, a proportione inter terram & acidum unice dependeant *l*). VON ENGESTRÖM similiter professus est, sese ex argilla pura & a cido sulphurico alumen paravisse *m*). Atque BERGMAN etiam, cum ostenderet, nimirum acidi impedire crystallisationem aluminis, illi removendo servire putavit alcali, quod in officinis additur lixivio aluminis, proptereaque majorem aluminis copiam obtineri posse, si loco alcalium adjiceretur argilla pura *n*): dubius tamen hæsit, utrumne alio quoque respectu utile sit additamentum alcalinum *o*). Innotuit enim jam tum, quod per sodam aut calcem nequaquam idem obtineatur effectus, quem præstare æqualiter valent potassa & ammoniaca.

Omne dubium hac de re novissima removerunt experimenta. CHAPTEL, qui fabricam aluminis, ex argilla & acido sulphurico parandi, instruxit, certius comperit parum salis, neque hoc in firmis crystallis, acquiri, nisi alterutrum

al-

i) l. c.

k) Præl. Chem. p. 1367. sqq. Commemorat hic sodam cum urina in officinis Eboracensibus lixivio aluminis addi.

l) Erl. Exp. Ch. Vol. I. p. 507, 515.

m) Kgl. Sv. Vet. Acad. Handl. 1774, p. 285.

n) Ibid. 1776, III. quart.

o) Opusc. Vol. I. p. 225.

alcalium memoratorum addatur *p*), atque usum hujus additamenti neutquam esse, ut ligetur superfluum acidum, cum alcalia illa, acido sulphurico ante saturata, idem omnino efficiant *q*). Accesit aliorum quoque fidissima experientia, qua abunde probatum est, potassam sive ammoniacam aluminis crystallini necessariam esse partem: sive quod praeter acidum sulphuricum & terram argillæ puram, quam, ne ambigua sit significatio vocis *argillæ*, novo nomine *aluminæ* plures distinxerunt *r*), ad alumum formandum requiratur sulphurite potassæ, aut ammoniacæ, aut utriusque simul horum alcalium, quodque alumum ad Tolfam paratum, cui nihil alcalini additur, ex ipsis lapidibus mineræ potassam suam habeat *s*). Propterea hodierni Chemici, appellatione indigitatur naturam aluminis, quod antea *argilla vitriolata*, *sulphas argillæ* vel *sulphas aluminæ* audivit, diversis nominibus tres ejus distinguunt species, compositione nonnullisque proprietatibus inter se diversas, *sulphatem* nempe *acidum argillæ* (*s. aluminae*) & *potassa*, *sulphatæ* *acidum argillæ* & *ammoniacæ*, & *sulphatæ* *acidum argillæ* cum *potassa* & *ammoniacæ*.

§. IV.

Saper idem est apud omnes aluminis species, adstringens,
B sub-

p) Annales de Chimie T. III. p. 53.

q) Ibid. T. XXII. p. 292.

r) Nos cum BERGMANNO nonnullisque hodiernorum Chemicorum potius voce *argillæ* notandam esse terram puram ducimus, a quæ characteres suas habet totum genus *argillaceum*.

s) VAUQUELIN in Annal. de Chim. T. XXII. p. 258 — 279.

subdulcis & acidulus. Propter abundans acidum cœruleos quoque vegetabilium colores in rubros commutant.

Formam crystalli habent octaedricam, vel aliam ex octaedro regulari derivatam^{t)}, quæ, judice HÄÜY, ex moleculis tetraedricis regularibus ortum ducit. Fractura crystallorum vitrea est, adeo ut interna structura difficulter se conspectui præbeat.

In aëre parum mutantur crystalli. Successu temporis tandem in sicco loco servatae pelluciditatem perdunt & albæ evadunt. In igne facile fluunt, peracta solutione per aquam crystallisationis. Simul vero tument vehementer atque spumant, evaporante aqua: quo facto in massam sicciam, levissimam spumeam abeunt, quæ cum aqua dimidium sui ponderis perdidit, & nomine *aluminis usci f. calcinati* venit. Non semper æqualem esse ponderis jaæturam observavit BAUMÉ, qui varias aluminis species tentamini subjicit u). Affert vero alumen semel calcinatum, iterumque in crystallos redactum, per repetitam calcinationem minus pati decrementum ponderis, quod probabiliter de iis tantum valebit aluminis speciebus, quæ sulphatē ammoniacæ fovent. Hoc enim per ignem fugato, residua manet alia aluminis species. Alumen modico igne ustum ex aëre humido pedetentim pristinum recuperat, pondus, saporem, ceterasque proprietates: quo phænomeno corroboratam habuerunt sententiam suam, qui ex aëre nasci

par-

^{t)} ROMÉ DE L'ISLE Crystallogr. T. I. p. 312—321.

^{u)} Erl. Exp. Ch. Vol. I. p. 461.

partes aluminis crederent α). Vi ignis vehementioris fugantur etiam pars acidi videtur γ .

Ab aqua frigida parce solvuntur crystalli aluminis: refrigeratur tamen pulvis earum cum rive mixtus α). Diversæ species aluminis inæquales aquæ quantitates ad sui solutionem poscere videntur, cum nimium inter se differant. Chemici de solubilitate aluminis experiundo detecta. Invenit namque NEUMANN unam aluminis partem 10 aquæ partibus ad solutionem opus habere a). BAUMÉ 18 partes aquæ necessarias esse contendit. SPIELMANN 34 partes in temperatura 10 gradium b), BERGMAN 14 c), vel 30 d) & FOURCROY 16 vel 20 e) aquæ partes in temperatura caloris media, ad solvendam unam partem aluminis requiri afferuerunt. Probabile tamen est, has diversitates, qua partem quoque, ex aliis rebus cir-

B 2

cum

α) STAHL Fund. Ch. T. II. Tr. I. p. 69. Cfr. FR. HOFFMANN I. c.

β) Meminit jam GLAUBERUS, quod vi ignis fortioris ex alumine agridatur spiritus acidus, oleo vitrioli similis. Furni Philos. P. II. p. 26. Difficulter quidem succedere separationem, sed obtineri tamen acidum acerrimum monuerunt STAHL in Fund. Ch. P. II. T. II. p. 82, 89. P. III. p. 293; NEUMANN in Præl. Chem. p. 1371; GEOFFROY in Mem. de l'Acad. de Paris 1744. LEMERY in Cours de Chymie; LUDOLF in Einleit. in d. Chymie p. 836; BAUMÉ in Erl. Exp. Ch. Vol. I. p. 461; aliisque.

γ) BAUMÉ I. c. p. 463.

α) MACQUER Ch. Wörterb. v. LEONHARDI I. B. p. 155.

b) Inflit. Chem. p. 54.

c) Opusc. Vol. I. p. 291.

d) Ibidem. p. 135.

e) Syst. d. Conn. Chim. T. III. p. 58.

cumstantibus ortas fuisse; quod enim, vel maxima adhibita circumspectione, difficillime determinetur vera proportio salis & aquæ in solutione saturata, luculenter patet ex phænomenis solutionum ab HASSENFRATZ nuper descriptis. Observavit scilicet in solutionibus salinis utcumque æquilibus, sub quiete inæqualiter dispertiri salem solutum, adeo ut sale magis onusta fiat inferior, quam superior liquoris pars, propterea aque ex aqua sale non saturata, invariata licet caloris temperatura, sœpius fecernantur crystalli salinæ *f).* In calidore temperatura longe solubilius evadit omne alumen, si quidem, secundum WENZEL, ad $+62^{\circ}$ therm. Cell. sufficiant 1,3 partes aquæ uni aluminis parti solvendæ *g)*, hæc vero, secundum BERGMAN non ultra 0,75 partes aquæ ebullientis poscat *h)*. Sic itaque, per refrigerationem solutionis vi caloris perfectæ, sub forma solida & crystallina separabitur maxima aluminis soluti pars. Nimia autem aquæ copia aluminii addita, hoc suo acido spoliare videtur, cum, monente RIBAUCOURT, 195 aquæ partes, omnem terram (acido forsan saturatam) ex una parte aluminis, sub forma pulveris insolubilis dejecerint *i)*. BECCHERUS observavit aquam, per solutum alumen ab omni putredine præservari *k)*.

§. V.

f) Annal. de Chim. T. XLIX, p. 140 sqq.

g) Verw. d. Körper, p. 442.

h) Opusc. I. c.

i) Annal. de Ch. T. XV. p. 122.

k) Physica subterranea p. 143.

§. V.

A carbonum pulvere cum alumine mixto per ignem rubentem destruitur abundans acidum, quo, sub forma sulphuris & acidi sulphurici qua maximam partem fugato, remanet sulphuris suo acido saturatus, cum residuis substantiis inflammabilibus, quorum phænomena pro diversitate aluminis variant. HOMBERG primus observavit, tale residuum, post refrigerationem, libero aëri expositum sponte sua accendi, eidemque nomen *pyrophorus* dedit¹⁾. Idem recentiores *pyrophorus* appellaverunt. SCHEELE vero ostendit, experimentum non succedere, nisi in alumine latuerit potassa, atque phænomenon pyrophori a sulphate potassæ ortum faum ducere²⁾, generatur enim sulphuretum potassæ sulphure onustum, quod per aluminis terram subtilissime divisum, ex aqua atmosphæræ hydrogenio refercitur, tantaque dein aviditate oxygenuum aëris attrahit, ut ignis phænomenon producatur. Partem effectum in alumen edunt plurima corpora organica, quæ per ignis vim in carbones convertuntur.

Metalla quoque nonnulla, vi ignis, destruere valent abundantem in aluminibus acidi partem, & sulphureta metallica, interdum pyrophori proprietatibus gaudentia producent. Via humida etiam metalla, quæ per aquam oxidantur, aggressi & solvere idem valet acidum. Sic observavit GEOFFROY terream substantiam ex alumine soluto per ferrum præcipi-

1) Mem. de l'Acad. de Paris 1710, 1711.

2) v. der Luft und d. Feuer,

cipitari posse, quod illo tempore, neque satis cognita natura salium imperfectorum, neque adhuc justa acquisita notione de diversis gradibus oxidationis metallicis, mirum neque facile explicandum videbatur, siquidem notum esset, quod per aluminis terram vicissim disjungerentur partes sulphatis ferrini). Patefecit vero BERGMAN præcipitatum ex solutione aluminis per ferrum, zincum, vel oxidum cupri effectum, non ex terra aluminis s. argilla pura, sed ex sulphate terra saturato confistere o). Similem mutationem aluminis per cuprum metallicum præstari docuit STRUVE p).

Acidum sulphuricum concentratum & gas acidum muraticum, quæ aquæ sunt valde avida, crystallos aluminis in pulverem alumini usito similem convertere valent.

Per alcalia ceterasque salium bases facile admittitur aluminii abundans acidum, quo facta sulphurata fere insolubilis sub pulveris forma secernitur. Per sufficientem corporis additi copiam, plerumque nudari potest argilla, & ammoniaca, si quæ ad fuerat, odore se liberatam esse prodit. Si vero ne omne quidem acidum abundans ex admixtis corporibus saturari possit, nova prodit aluminis species, aciduli nomine ab hodiernis Chemicis notata q). Sic ex 12 partibus aluminis & una calcis parte, sub forma cubica crystallisatam aluminis speciem obtinuerunt

n) Mem. de l'Acad. de Paris 1744.

o) Opusc. Vol. III. p. 310, 338.

p) Mem. de Lausanne I. B. 1783. Cfr. CRELL Ch. Beytr. I. B. I. St. p. 106.

q) Annal. de Chim. T. XXII. p. 267.

runt SIEFFERT & BUCHOLTZ ^{r)}. Similiter ex 1 p. carbonatis magnesiae vel terrae aluminis cum octo partibus aluminis mixta, prodierunt crystalli nitidae triangulares salis aciduli. Naturales interdum similes sulphates aciduli comparere & ad fatiscentiam in aere sicco minus quam vulgare alumen prout esse vidi sunt ^{s)}.

§. VI.

Ex analysi aluminis a se facta conclusit BERGMAN 100 ejus partes fovere 38 p. acidi, 18 p. argillae & 44 p. aquae ^{t)}. WENZEL ex suis tentaminibus judicavit 9 p. acidi cum 12 p. terrae & 79 p. aquae & alcalium constituere 100 p. aluminis ^{u)}. VAUQUELIN, præcipitata per ammoniacam argilla aluminis Romani, & ex hoc mixto vi ignis fugato sulphate ammoniacæ, residuas habuit 7 partes sulphatis potassæ ex 100 aluminis partibus, in quibus præterea latuisse censuit 49 partes sulphatis argillæ & 44 p. aquæ ^{v)}. Parem quoque esse rationem sulphatis ammoniacæ in alumine hoc sale dotato invenit. Indagandum adhuc videtur restare, utrumne præter partes memoratas, aliquid aerei ad formandum alumen sit necessarium. Observavit enim WATSON bullas aereas, sub solutione aluminis in aqua, extricari ^{y)}. Has naturam habere ac-
di

^{r)} CREL Annal. 1785. II. B. p. 484. sqq.

^{s)} Lettres de D: DEMESTE V. I. p. 222. ROMÉ DE L'ISLE Crystallogr. T. I. p. 319.

^{t)} Opusc. V. I. p. 135 & 287.

^{u)} Verwandsch. d. Körper p. 84.

^{v)} Annal. de Chimie T. XXII. p. 267.

^{y)} Philos. Trans. 1770.

di carbonici indicavit BERGMAN ^{a)}), qui etiam comperit, alumen ustum, quod ab aqua pura lentissime suscipitur, faciliter negotio ab aqua hoc acido imprægnata solvi posse ^{b)}). Notum est, phænomenon exiguarum aëris bullularum sub solutionibus aliorum quoque salium locum habere.

Inter vulgares aluminis species ceteris in arte tinctoria præferri solet s. d. Romanum, quod ad Tofiam præparatur, quod, præter argillam, potasiam solam cum acido conjunctam habet. Nondum vero certius constat, utrum præstantia ejus veniat ex defectu ammoniacæ, quæ in reliquis speciebus latet, an ex majore puritate argillaceæ terræ, cum veteræ omnes sulphatæ ferri immixtum habeant, vel ex minore abundantia acidi, vel ex alia substantia, quæ hucusque aciem scrutatorum fugerit. Notum est rubicunda facie illud esse conspicuum, quoniam immixtum habet terram roseam ^{b)}. In hac tamen nil præter ferri oxidum invenit BERGMAN ^{c)}). Quod vero, ad imitationem ejus Brunsvigæ paraverunt fratres GRAWENHORST rosei coloris alumen, oxido cobalti tintatum fuisse, neque virtute Romano æquale, satis jam compertum est.

^{a)} Opusc. Vol. I. p. 291.

^{b)} Opusc. Vol. III. p. 274.

^{b)} CRELL Annal. 1788. I. B. p. 152.

^{c)} Opusc. Vol. III. p. 250.